Sanctiss: Antistite erat confirmata, et cujus ha-
bitatè Servus mirificè delinitus S^tus Augustinus
si itaque illis temporibus S. P. B. vigebat quod hac arte
quodcumque pietati non parum noxium atque inimicum, in-
cautè imprudenterque omisit ille qui propter scan-
dalorum spinas praescribit ut nihil aliud habeant
monachi praeter cucullam, pedules, caligas, cultellum
graphium, acum mappulam tabulam ille, inquam, qui
accuratus in rebus tam minutulis pro tuenda monasti-
ca disciplina tanta diligentia tutela aperisse
et ille neglexisset jubere, ut Musica procul
à Religiosis claustris tanquam pietatis corruptela
repelleretur quod utique magis necesse erat quam ad
festucas has observandas, tantas non videre tra-
bes, atque ita non divini Scholam servitij, sed
scandalorum officinam in qua eum disciplina, mode-
stia etiam prostituerent aperire: sed stulti sumus
qui ab alijs tantummodo argumenta requirimus: cum
nos ipsi Aud: quos intueor, quos alloquor testes
esse debeatis num aliquid pietatis auferat Musica?
dicite enim mihi: nihil vos movit ille oblectantium
studiorum concentus? nunquam in aures sensus suavis-
simus Tyrannide impetum fecit ille amor, qui sub ma-
sicis notis, per occultos affectuum cuniculos
ad intimas usque medullas descivit? nunquam vester
animus subsultavit? nunquam querulis fidium mo-
dulis vocata suspiria? et caelestis amoris prae-
nuntiam aliquod lacrymulae furtim in oculos ocu-
los redundarunt? nunquam caelestis prius gaudia
memoriae nostrae obiecta sunt? nunquam? nihil?
horum in vobis Musicae suavitas excitavit? nihil?

quaeso